Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

ex omni parte qui maligna loquuntur super me
Contra erat xpus pro fidelibus adherentibus sibi dicens
Exultent exterius et letentur interius qui uolunt iustitiam meam mirtai et dicant semp magnificetur dominus qui diligunt pacem quam ego seruus dei posui mea morte inter deum et hominem
Et lingua mea .i. sancti mei per quos quasi p ppheta cum linguam meam in ecclesia denuncio voluntatem meditabitur iustitiam tuam nouam legem predicando et tota die pritis vite te laudabilem in ecclesia annuciabit
Ps. 34 In quo ostenditur mala nobis bona vero attribuenda esse deo

Quo sunt tria peccatum bnum qd credens legi p infirmitate tamen carnis que sunt iussa legis non complet Aliud est genus peccati s. audax qd sibi proponit libera mente peccare et de isto propheta loquens ait

Dixit iniustus .i. delibera
uit et statuit in corde suo et decreuit apud se ut delinquat et semp peccat obduratum cor habens et hoc ideo quia non est timor dei qui est principium pcti ante oculos eius
Et hoc patet Quoniam dolose egit in conspectu eius qs cum sciret deum oma videre timore tamen eius postposito et lege eius contempta deliberauit in corde suo peccare quare cum ppria voluntate nullo impellente peccat iniquitas eius odio habetur apud deum ad vindictam sempiternam
Verba oris iniusti sine iniqui s. iudei uel heretici aiusliibet plena sunt iniquitate quo ad aperta mala et dolo quo ad occulta et hoc ideo quia noluit intelligere ut bene ageret sed a uero intellectu suo viao declinans